


IV
666

E 666

4

ix.

ERNESTI TENZELL, JCTI
CONSILIARII REGIMINIS, ELECTORIS MOGVNTINI
IVDICII PROVINCIALIS ERFORDIENSIS ASSESSORIS
AC CIVITATIS CONSVLIS PRIMARII
SCHEDIASMA
DE
I V R E
P R O H I B E N D I
QVO
CIVITATES SAXONICÆ
VTVNTVR.



M DCC XXXVI.

UNIVERSITÄTENBLATT

V

666

1955

BIBLIOTHEK

Bibliothek der
Juristischen Fakultät Halle/S.

CIVILISTISCHE DISCIPLINE



1955 R 4 K 20

1955 R 4 K 20



Cum Deo.

§. I.



Ermaniam nostram & viciis & ur-
bibus constare, unicuius satis per-
spectum est. Vici vero urbes an-
tiquitate sua superant. Quis enim
in dubium vocabit, Cainum &
Abelem rei rusticæ operam de-
disse, priusquam Cain urbi ex-
struendæ manum admoveret, ac ipsi isti Viri, quorum
opera & fortitudo olim Romanorum insigni emolu-
mento cessit, in re rustica diu versati fuerunt, exinde-
que nominis claritudinem sunt consecuti. Ex qui-
bus facilis conjectura assequi licet, fortes illos, ac insi-
gni ingenio conspicuos Viros, quicquid temporis ipsis
reipublicæ muneribus subtrahere licuit, exercendis
agris & colendis frugibus tribuisse, neque alienum esse
duxisse, à sua dignitate fementes terræ jacere, vites
amputare, agros stercorare vel irritare; vid. GRENIUS
in tractatu de rusticat. Veterum Ipsem et vero Germano-
rum

A 2

rum populus, suffragante Tacito, de moribus Germanorum, & Conringio, de urbibus Germanicis, in vi-
cos tantummodo distributus cernitur. Urbes prorsus
deficiebant. Plures vici, quorum inhabitatores com-
muni judice seu Comite utebantur, pagi cognomen
sortiebantur. Pagus ergo repræsentabat complexum
plurium vicorum, eina Gow.

§. II.

Germani vero in ingenuos & servos abibant.
Germanorum tamen servi diversam prorsus fortem ac
Romanorum mancipia experiebantur, nec enim ser-
vorum ac dominorum communis erat habitatio. Ex-
hibebant ingenuis servitia, agros eorum colendo, & ab
iisdem redhostimenti loco certam terræ portionem
assignatam accipiebant, eo consilio, ut sibimet ipsis
quoad necessaria vitæ subsidia prospicere possent.
Servi itaque eo temporis intervallo coloni erant, aut ru-
stici, ac exiguum discrimin inter servos istius temporis
ac homines agrestes nostræ ætatis intercedit, paulu-
lum durior fors servorum antiquorum erat ac rustico-
rum nostræ ætatis glebæ non adscriptorum. Ingenui
domini nimirum istorum villicorum & ipsi rei rusticae
operam suam addixerant, agros nimirum colendo, &
rem pecuariam tractando æquali jure libertatis & di-
gnitatis, respectu ad se invicem habito, gaudebant,
nec ulla prærogativa præ alio ad aliquem spectabat,
nisi ad eum, qui præclaram in bello operam navasset,
quippe qui reliquis nobilior censebatur, licet non na-
tivitate, attamen virtute ac fortitudine. Fortitudine
inquam, cui præcipuum locum inter virtutes pagani
olim

olim vindicabant, coimmodum vero, quod ex privilegio nobilitatis resultabat, non largiebatur præstantiora quædam jura intuitu rei domesticæ, sed tantummodo intuitu officiorum, eamque præstabat virtutem, ut tali nobilitate conspicui reliquis in capiendis muneribus militaribus & judicialibus potiores judicarentur, sic ad munera ducis, ad munera judicis, feliciori successu, quam reliqui adspirabant officia, nec perpetua nec ad hæredes transitoria, sed temporis præfiniti limitibus circumscripta existebant. Nobiles vero etiam unica tantum vice hoc munere defuncti, & in comitiis priorem tenebant locum, & a reliquis peculiari quadam animi reverentia excipiebantur, saepe numero etiam ad arbitrium eorum provocabatur, & insignis honor iisdem habebatur.

§. III.

Germanorum itaque pagos æque ac vicos & rustici & ingenui inhabitabant, ac ingenuorum quidam nullius dignitatis participes erant, Freyherren nuncupati, alii vero peculiari dignitate fruebantur, quales erant Grafen, oder Herzoge. Commune ingenuis nomen tribuebatur Edele, Adelingi, virtuti enim bellicæ singulari studebant. Ignobiles vero, seu medium genus inter servos & ingenuos erant Frilassi seu Lassi Freygelassene, non videlicet glebae adscripti, servitiorumque rusticorum præstandorum necessitate obstricti, exclusi tamen à facultate negotiorum bellicorum, ac omnimoda immuni possessione fundorum suorum. Erat enim iis imposita necessitas, canonem, aut alia quædam, horum prædiorum ergo exsolvere, aut certas quasdam operas

ras eo nomine præstare. Pacis tempore simplicem ac rusticam vivendi rationem inibant. Aedificia eorum erant ita comparata, ut vix aedificiorum nomentueri posse viderentur, curta supellestile, cibo potuque agresti erant contenti, cura agrorum pecudumque eosdem perpetuo sollicitabat, vitam frugalem, laboriosam, & castam, & pro modulo sui intellectus, nondum veri Numinis sensu imbuti, honestam profitebantur. Libertatis studio ducti, mœnibus se includi aversabantur. Exulabant etiam necessitas mœnibus sibi de securitate prospiciendi, singuli quippe bellicis artibus assueti præter equum & bovem, aratorem & pecudes nihil aut parum rei, cui pretium aliquod constaret, jure proprietatis ad se spectare animadvertebant.

§. IV.

Germani itaque, quod tam alieni olim fuerint a studio exstruendarum urbium, simplex eorum & innocens effecit vitæ genus. Perseverasse ista conditio dicitur, atque ad decursum seculi quinti à Christo nato in Germania trans-Rhenana & ante seculum novum vix unius aut alterius urbis apud Venedos sit mentio. In partibus vero cis-Rhenanis Romanorum imperio quondam subjectis, ut & in Traciâ, Danubio atque Alpibus intercluso, maturius urbes conditæ deprehenduntur. Loca enim Germanorum quo propiora Romanis, eo citius etiam in partem luxuriæ, ambitionis, & avaritiæ eorum venerunt.

§. V.

Quæ scilicet prima incunabula primæ urbis in sa.

sacro Codice memoratae fuerunt, metus scilicet & luxus, eadem & civitatum Germaniae nostrae extiterunt. Comprobat hanc sententiam CONRINGIUS in diff. de urbibus Germanicis tb. 78. quippe qui hanc in rem ita edidisset: *Postquam vestis elegantior & laetior cibus, & domus splendor, mutatis Romana consuetudine moribus, paulatim coepit allubescere, crevit necessario artificum copia, & mercatura ad exteriores extensa est; Hinc opum cupidus & rationes variae excogitatae faciendi nummi, inde tamen non elegans amplius vita, sed luxuriosa in pretio.* Eadem vero causa priscum quoque habitandi modum non potuit non flexere. Mollior enim vita exigit in proximo plures, qui aut operam praestent, aut rem subministrent. Idem quietis studium & manuis iussit oppida cingere, tutum & exiguo quantumvis muro securum adversus magnam etiam latrocinantium hostium vim, refugium. Quæstui enim intentis, & quieti deditis nihil magis adversum, quam semper in armis & excubiis stare, aut si quiescas, prædonum hostiumque libidini fortunam omnem exponere.

§. VI.

Perlustrata itaque origine urbium in Germania, subjungenda erit definitio earundem. Urbem scilicet vulgo denotare, solenne est, congeriem ædificiorum muris & portis circumdatorum vid. l. 2. l. 239. §. 6. 7. ff. d. V. S. Universitas vero in urbe habitantium municipium audit. Contradistinguitur nonnunquam urbi civitas, civitatis nimirum vocabulum usurpatum pro cœtu hominum, urbs vero innuit locum, in quo iste deprehenditur. Persæpe tamen nomina civitatis & urbis promiscue capiuntur, iisdemque modo civium rece-

receptaculum, vid. l. 6. & 8. C. de ædif. priv. modo societas, modo utrumque indicatur. vid. TITII Jus priv. L. 8. c. 4. §. 3. Municipiorum alia sunt majora, quæ civitates nuncupantur, alia minora, quæ oppida dicuntur, nonnulla etiam vicorum nomen Marchflecken sortiuntur, quibus tamen vicis pariter jura municipiorum, tributa cernuntur. Urbes, præcipue majores, suburbii instructæ plerumque sunt, quæ pariter pro partibus civitatis reputanda. Utilitas suburbiorum in eo consistere censetur, quod incolæ commodius habitare, ac in primis artifices tenuiores, vel cum strepitu artem suam exercentes, in iis degere, aut etiam ædificia ad agriculturam necessaria exstrui queant, vid. FRITSCH, de Jus. & stat. suburbiorum.

§. VII.

Quum vero reipublicæ exposcat salus, ut omnibus subditis ansa suppeditetur, necessaria vitæ subsidia sibi comparandi, merito eo respiciendum est, ne occasio ista vel prorsus auferatur, vel imminuat, potius sapientissimis ordinationibus præcaveatur, ne unus alteri improbo ac illico quæstu damnum afferat, mediaque se sustentandi eripiat, huicque scopo assequendo plurimum inserviat, si, pro diversa conditione subditorum, diversa etiam vivendi media unicuius assignentur, inque his assignandis ea ineatur ratio, prout indoles status locique, in quo unusquisque degit, suadet, merito immortali laude cedit Serenissimis Legislatoribus Saxoniciis, quod civitatibus suis peculiaria indulserint privilegia, iisdemque cives peculiariis prærogativis exornaverint. Varia occurunt hujus-

hujuscemodi privilegia civitatibus in terris Saxonis concessa, quorum privilegiorum insignem partem conficiunt jura prohibendi iisdem civitatibus indulta, quorum jurium prohibendi praesenti specimine mentionem facere decrevi.

§. VIII.

Jura vero ista prohibendi ad omnes omnino civitates spectant, omneque hic exulat discrimen, sive civitates sint amplæ, sive tenues. Majus & minus enim non variat rem. Namque differentia graduum non efficit differentiam essentiæ, præprimis cum omnes civitates, qualescumque sint, pari jure utantur, quam sententiam corroborare liceat decreto, lato a supremo provocationum Senatu Electoratus Saxonici termino hiberno 1656. in causa der Stadt Tauchern, contra den von Berlisch. Fundamentum hujus asserti elucescit ex resolutionibus gravaminum de An. 1661. §. 118. seqq. quippe iisdem pagis omne commercium, civitatum cedens præjudicio, interdictum deprehenditur.

§. IX.

Civitatibus nimirum integrum est, uti hoc jure prohibendi adversus pagos, quippe qui ab omni commercio civili abstinere jubentur, sic suffragante Ordinatione Politica de An. 1653. 1655. 1657. & Resolutionibus Gravaminum de An. 1661. Tit. von Justitiæ Sachen §. 100. 101. 105. 108. Pagi excluduntur a facultate cerevisiae coquendæ, istius vendendæ, ex peregrinis locis ducendæ, cauponarum erigendarum, salium commercium

cium exercendi, aut quippiam peragendi, quod ad negotiationem civitatum pertinere videtur. Quae omnia providentissima cura constituta sunt, ne scilicet hujusmodi commerciis civitatibus afferatur detrimentum.

§. X.

Inter jura ista prohibendi locum suum tueretur jus cerevisarium. Jus istud cerevisarium tria suo ambitu complectitur jura, scilicet jus coquendæ, vendendæ cerevisæ, item jus cogendi alios, quo cerevisiam in civitate coquam sibi, intercedente pretio, comparent. Jus coquendæ cerevisæ dupli respectu, proveniente ex scopo, quem homines sibi coquendo cerevisiam præfixum habent, vel enim ad proprium & familiæ usum, vel venditionis gratia cerevisiam coqui curant, uterque respectus ideo separatim attendendus, quia diversa producit jura.

§. XI.

Et quidem jus coquendæ cerevisæ ordini civico vulgo, exclusis nobilibus atque rusticis, unice vindicari solet. Spectant hoc verba *Resol. Gravam. de An 1661. Tit. von Justitien: Sachen §. 118* ita concepta: Desgleichen Mälzen, Brauen und Schencken eigentlich denen Bürgern in Städten, zu Erhaltung des Bürgerlichen Standes, aus sonderlichen erheblichen Ursachen geeignet, auch dererselben Wesen und Wohlstand gleichsam darauf gewidmet und gegeündet, die Prälaten, Grafen, Herren und von Adel, sowohl unsere Aemter und andere Gerichts-Herren, Bauern und Dorffschäfsten sich solcher Bürgerlichen Handthierung enthal-

enthalten, und zum Verderb unser Städte nicht Ursache ge-
hen sollen. vid. TABOR de jure cerev. tract. Vol. I. p. 603.
segg. SCHOEPFFERVS de jure braxandi Part. 1. cap. 2.
n. 350. segg.

§. XII.

Circumscribenda tamen est ista sententia suis li-
mitibus, quum alia decisio sit formanda, si de cerevi-
sia venali, alia vero, si de cerevisia ad usus proprios
cocta, sermo sit. vid. BEYERI *Delin. Jur. Germ. Lib. 1.*
c. 16. n. 2. scilicet, si rei familiaris suæ, sive domesticæ
causa, nobilis vel clericus cerevisiam domi suæ coque-
re constituerit, liberrimo hac ex parte utitur arbitrio,
quæ eousque extendenda, utsi vel maxime aliquis ho-
rum promiserit, se nolle cerevisiæ braxandæ operam
dare, vel alium quendam quæstum civibus assignatum
capere, familiae tamen suæ sustentandæ causa cerevi-
siam coquere eidem licitum sit. vid. HARTMANN. PI-
STOR. *Observ. 49.* Fac vero, quendam cerevisiam ex
alieno hordeo coquere, tunc specificationis subest ne-
gotium, ac is ipse, qui hac specificationis opera defun-
ctus est, eandem cerevisiam, propter adhibitam indu-
striam, impensumque artificium, suam facit; Forma
enim præpollet materiae, cum res ad pristinam spe-
ciem reduci nequeat, *I. 7. ff. de acquir. rerum dom.* No-
tatu tamen hic dignum, quod publice tantummodo
braxare liceat, unde nemini est concessum, privatim,
id est suis in ædibus, privilegio braxatorio non munitis,
per suos ministros cerevisiam braxare, quam braxa-
tionem vulgo vocant das Kessel-Bier brauen.

§. XIII.

Isti vero, qui cerevisiam sive in suum, in familiæque suæ usum, sive venum exponendi gratia, coqui curant, certi vestigalis exsolvendi necessitate constringuntur, quod vestigal vulgo die *Trank: Steuer, Eymer: Geld, Aus: Schrot*, und Consumtions-Accise nuncupari solet. Penditur istud vestigal recognoscendæ superioritatis ergo, adeoque inter fructus subjectionis referendum. Accedunt & alia compendia fisco, quæ scilicet lucratur ex cerevisiæ præparatione, pariter ex ejusdem venditione. Ex præparatione, quando magistratus peculiares exstruxerunt ædes, in quibus polenta conficitur, vel phtisana, das *Malz: und Darr: Geld*, deinde, quando fartaginem vel ahenum publico nomine subministrant, das *Pfann: und Brau: Geld*, vid.

LEISERI Fuz Georgicum l. 3. c. 21. n. 26.

§. XIV.

Immunitas tamen & in terris Saxonici ab onere hujus vestigalis, sive steuræ cerevisiariæ quibusdam deprehenditur indulta, scilicet possessoribus feudorum nobilium, quando cerevisiæ coctionem in suum, familiæque suæ usum suscipiunt. Nullumque discrimin horum possessorum constitendum est, utrum immediati, an mediati sint Vasalli. Subvasallis enim idem privilegii fructus merito tribuitur, quum modus non variet rem ipsam, modo subinfeudans, ut talis, eodem jure non utatur. Subinfeudatio quippe non nisi salvo jure tertii, adeoque etiam ærarii publici procedit. Præstruitur itaque, ejusdem ærarii parum & nihil interesse,

Vasal-

Vassallus an subvassallus jus, de quo jam sermo est,
exerceat, modo non uterque eodem jure simul utatur,
vid. *Perillustr. a BERGER in Philoc. fori, Resp. 75.*

§. XV.

Possessoribus itaque feudorum nobilium immunitas ab onere steuræ cerevisiariæ est indulta, *Ordo Prov. de An. 1482. Cod. Augustei p. 1. P. II.* ea tamen lege, ut omnes faceant jubeant abusus. Idem privilegium immunitatis applicatur ad clericos, scilicet ratione cerevisiæ, proprii usus gratia coctæ, vid. *Ord. Eccles. tit. von Immunitaten und Freyheiten der Kirch-Diener. Cod. Aug. P. I. p. 535.* Placuit tamen **DIVO JOANNI GEORGIO** primo, Electori Saxonie gloriofissimæ memoriæ, peculiari mandato *de An. 1646.* omnibus incommodis, ex abusu hujus privilegij metuendis, obviam ire, jubendo, ne Superintendentibus ultra octo, Pastoribus & Archidiaconis in oppidis majoribus ultra sex, reliquis sacerdotibus & Diaconis ultra quinque, Rectoribus & Con-Rectoribus ultra quatuor, cæteris scholæ publicarum Praeceptoribus ac Organicis in oppidis ultra tria, custodibus templorum ac ludimoderatoribus in pagis ultra duo dolia steuræ cerevisiariæ extimere concedatur. Quæ omnia uberiorius, *Resol. grav. de An. 1661. tit. von Justitiæ Sachen §. 120.* corroborantur. Sique iis ipsis incommodum videatur, braxationis curam agere, tot dolia cerevisiæ coctæ ab alio quodam civico ordini addicto citra steuræ cerevisiariæ onus emunt, exhibita tamen prius a Superintendente subscripta schedula, *Res. Grav. An. 1609. tit. N. S. §. 37.*

B 3

Su-

Superintendentibus vero incumbit, consignationem quandam harum schedularum confiscere, quo huic consignationi producendæ nunquam non, prævio superioris desiderio, pares sint. vid. JOH. GEORG. I. *Re-script. emissum d. 22. Dec. 1610. Cod. Aug. P. I. p. 849.* Per-sentiscunt tamen clerici jacturam sui privilegii, si ce-revisæ istius in usum familiae suæ coetæ quicquam vendunt, vid. *Gen. Art. de An. 1557. tit. von Gebühr der Kirchen-Diener id. D. Schaumburges Einleitung zum Sächsischen Rechte Exerc. 9. §. 22.*

§. XVI.

Et quemadmodum Professores in Academiis do-trinis suis publicis studiosam juventutem imbuentes, alias sèpenumero eodem jure, quo clerici, censentur; sic &c, quoad exemptionem ab onere steuræ cerevisia-riæ, restrictam tamen ad certum numerum doliorum, iisdem æquiparantur. Nec prorsus hujus commodi expertes sunt Praefectorum Capitanei, Inspectores, Præpositi, Administratores, aliisque præfectoris opera sua inservientes. Hisce enim singulis *Ref. Grav. de An. 1661. tit. von Justitiæ: Sachen §. 19.* ita prospectum est, ut quotannis unica vice pro necessitatibus suis sua-rumque familiarum braxandi facultas ad eos spectet, vid. *Ref. Grav. de An 1661. iii. von Justitiæ: Sachen §. 19.* Cerevisæ vero pro necessitate suæ coetæ nomi-ne nunquam comprehenditur ea cerevisia, qua in con-viviis nuptialibus, aut aliis epulis solennioribus hono-ris causa institutis uti solemus, vid. *Mand. Reg. d. 19. Oct. 1709. Cod. Aug. P. I. p. 883.*

§. XVII.

§. XVII.

Hisce itaque limitibus circumscripta est braxandi facultas, ut ad neminem ea spectet, nisi ad civitates, &c, temperamentis supra adhibitis, ad quosdam alios. Hinc merito regulae huic insigne constat robur: Qui-cunque destituitur juribus civitatis, isti braxatio est interdicta. Nequaquam ergo nobiles ad fructum juris braxandi felici successu adspirare possunt. Propugnari equidem contraria videtur posse sententia subsequentibus rationibus: 1. ea, quæ ex jure gentium competunt, unicuius esse permissa §. 2. *Inst. de J. N. G. & C.* adeoque etiam generoso stemmate prognatis; commerciorum vero liberam facultatem ad jus gentium suam referre originem. 2. Commerciis hominum artificio, negotiatione & contractibus interdicere pœnam speciem referre l. 6. §. 4. ff. *de off. præs.* pœnam vero in neminem, & sic nec in nobiles, citra eorum culpam, esse statuendam. 3. Unumquemvis libero rerum suarum disponendarum gaudere arbitrio, l. 21. *C. mand.* ergo & nobiles ab isto liberrimo arbitrio non esse excludendos. 4. Braxationem specificationem sapere; specificationem vero unicuius esse concessam, sive propria, sive aliena interveniat materia, §. 15. *Inst. de R. D.* 5. Juris naturalis & civilis suffragante dictamine unumquemvis ex re sua confidere posse, quicquid ejus emolumento cedit, etiamsi alteri damnum exinde obveniat, l. 24. §. f. & l. 26. ff. *de damno inf.* 6. Nefas esse, unius ejusdemque corporis membra diverso jure censi, l. 23. ff. *de usurp. & usucap.* Nobiles vero æque ac civitates Principi esse subjectos, adeoque & coquendæ

& ven-

& vendendæ cerevisiæ jura eorundem esse æqualia.
 7. Nobilibus competere potestatem exercendæ jurisdictionis, ergo multo magis braxandæ cerevisiæ. Cui enim plus licet, eidem multo magis, quod minus est.
 8. Jurisdictione gaudentes pollere facultate statutorum condendorum; Nobilibus vero hanc Jurisdictionem tribui, ex qua etiam consequi, non denegandam esse iisdem Potestate statuendi, ut ipsi nobiles braxent, præcipiendique, ut subditi ab iis tantum emant cerevisiam. 9. Legem 3. C. de Commerc. & merc. non verba facere de braxationis negotio, hanc enim legis dispositionem solummodo de negotiationibus mercatorii agere, quæ emtionibus ac venditionibus absolverentur, apparere id ipsum ex voce, dicta lege comprehensa, Mercimonium, pariter etiam ex superadditione: ut facilius sit emendi vendendique commercium. Mercari autem & negotiari tantummodo isti dicuntur, qui subinde quæstus causa quid eo consilio emunt, ut forma non immutata, iterum vendant, non qui materiam aliquam, præsertim ex fructibus sibi natis, aut alias sibi obtingentem, in formam artificiose deductam distrahunt l. 65. ff. de leg. 3. 10. dictam legem ad minimum nobiles suo ambitu non complecti, quando non ipsimet, sed, ministerio famulorum suorum adhibito, venderent cerevisiam. Quando enim lex actum quendam prohibens vel improbans exercentis qualitatem respicit, facere non censetur, qui facit per alium. Quæ singula prolixius tuetur SCHRATERVS v. 2. Conf.
 44. Hæc tamen singula non sunt ita comparata, ut me, a sententia semel asserta, dimovere possent. Ipsum quip-

quippe jus Romanum satis clarum præbet huic rei
fundamentum, l. 3. C. de commerc. ex cuius legis præ-
scripto firmum consecutionis filium necit. Ex qua-
cunque negotiatione metuendum, ne urbibus oriatur
pernicies, plebeisque difficilis constituatur commer-
cium, illa nobilibus est interdicta. Jam vero insigne
damnum caperent urbes, si nobiles juris braxandi, ne-
glecto omni discrimine, fierent participes. Quis enim
non animadyertit, futurum sic esse, ut frumentum ad
braxandum necessarium non advehatur urbi, nec cere-
visia in urbe cocta, ita, prout par est, avehatur, sique
civitatibus insigne lucrum intercipiatur. Metuendum
pariter esse, ne juris braxandi promiscuo usu nobili-
bus concessio iidem ad sordida fœse conferrent ministre-
ria. Negotiatio enim, respectu ad nobiles habito, arti-
bus sordidis accensetur l. ult. C. locat. & negotiacionis
exercitium coercetur iactura nobilitatis, wvrms. exerc.
4. qu. 16. Inservit porro huic asserto comprobando,
Art. XI. ex legibus Torneamentorum ab Heinrico Aucupe la-
tis, An. 938. Welcher von Adel gebohren und herkommen
wäre, der seinen Stand anders, denn im Adelichen Stan-
de hielte, sich nicht von seinen adelichen Standen, Renten
und Gülden, die ihm sein Mann und Erblehn, Dienstlehn,
Rathgeld, Herren-Sold, oder Eigenthum jährlich ertragen
mag, sondern mit Kaufmannschaft, Wechseln, Fürkauffen
und dergleichen Sachen nähren, oder sein Eigenthum meh-
ren wolte, dadurch sein Adel geschmähet, und verachtet
würde, wo er auch seinen Hintersassen und Anstossen ihr
Brod vor den Mund abschneiden wolte, derselbe, so der
Stücke eines oder mehrere übersahren, und darwider thun
würde

würde, soll in thurniren nicht gelassen werden, wo er aber darüber einreiten, und Thurnier halten wolte, soll man mit ihm um das Roßthurnieren, und ihn auf die Schrankensehen, nach Erklärmüß der Thurniers-Freyheit. Hæc omnia juris Saxonici congruere placitis testantur *Glossa ad Landrecht l. 3. art. 66. lit. A.* verbis subsequentibus: *Habent singulæ civitates fundatum de jure hoc privilegium, ne infra milliare circum circa habeatur vinum, vel cerevisia extranea venalis, & ne siant brasia vel decoctiones bujusmodi, neque habitare permittantur artifices & mechanici in villis adjacentibus.* Jus Saxonicum Electorale vero disertis verbis hanc corroborat sententiam in Ord. Prov. supra allegata & Erledigung der Landesgebr. Nec desunt, quæ facili negotio argumentis eorum, qui a partibus nobilium stant, reponi possunt. Ratio enim eorum prima variis destrui potest instantiis. Venatio juris gentium esse censetur, & tamen nostra ætate privati ab eadem arcentur. Lapillorum & gemmarum in littore inventarum occupatio juris gentium esse prohibetur §. 18. *Inst. de R. D.* hodie tamen sibi solis plurimis in locis Domini territoriorum vindicarunt. Nimirum distinctione quadam res ista componenda est, scilicet, quæ juris gentium sunt adhuc vacua, nec a quovis jam occupata, illorum occupatio cuivis est permissa: Commerciorum vero libertas hodie & respetu personarum & rerum & loci summopere est restrita. Jus braxandi & vendendi cerevisiam pariter non amplius naturali suæ libertati relictum, sed a civitatibus iam diu occupatum. Quoad secundum vero dissentientium argumentum monendum est, negotiatio-

nis

nis licitæ prohibitionem pro lpcena reputandam, non vero illicitæ, qualis est venditio cerevisiæ. Tertium vero argumentum sponte corruit, dummodo perpendiculariter, licere ex rebus suis confidere, quod legibus non est interdictum §. 1. *Inst. de Jure Pers.* At braxare cerevisiam interdictum est nobilibus. Quarto vero argumento ita satisfaciendum duco, nimirum distinguendum est, an braxatio fiat familiæ sustentandæ, an cerevisiæ vendendæ, causa: Illa nobilibus permissa, hæc non, & ne quidem specificatio nostra ætate singulis permitta. Licet enim nobiles singulis annis ex ovibus suis lanam capiant, non tamen ipsis ex eadem pannum, vestes confidere aliisque vendere integrum est, quippe id opificium & mercaturam saperet. Quinto argumento sufficiat responsio argumento tertio opposita. Quisque rerum suarum est arbiter, est tamen arbitrium iis limitibus circumscriptum, in quantum lex huic arbitrio non certum aliquem modum posuerit, unde magistratus rerum suarum distrahendarum facultatem nonnunquam aufert. Sextum vero argumentum removeri potest distinguendo, an subditi censeantur æquali jure, an non: Illo casu procedit dissentientium assertum, hoc casu non. Sunt equidem omnes subditi sibi invicem æquales quoad subjectionem, non quoad dignitatem & statum. Hinc inferioris gradus hominibus permittitur saepe, quod superiori gradu constitutis prohibetur *I. 49. ff. de rit. nupt.* Septimo argumento a majori ad minus deducto nullum constat robur, quia non est pars vel species majoris, sed diversa ab illa specie. Jus enim braxandi sub jurisdictione plane non

C 2

com-

comprehenditur. Octavum argumentum ideo non procedit, quia nequaquam jurisdictioni natura sua co-hæret facultas statutorum condendorum, statutaque sunt invalida, quæ tertii cedunt præjudicio, vel legibus a Principe latis repugnant. Nono vero argumento nihil inest ponderis. Non enim in *l. 3. C. de commerc.* nobilibus levis tantum mercatura est interdicta, sed potius hæc prohibitio extenditur ad omnem negotiacionem urbibus perniciosa & quoad nobiles sordidam. Hoc quidem largiri debemus nobilibus, quod frumentum in suis fundis natum vendere queant, quippe quod cuivis bono patrifamilias indulgetur. Arcentur vero a facultate panem potumque secundum regulas artis pistoriæ & braxatoriæ conficiendi, venumque publice exponendi. Decimo vero notandum, exercere mechanicas artes quæstumque negotiatorum facere, & eum censendum qui aliorum opera utitur, & tamen obventiones omnes & redditus percipit *l. 1. ff. de exerc. act.* Qui itaque cerevisiam vendere prohibentur, ipsi met nec aliorum ministerio hac ex parte uti queunt, & indistincte quod quis per se aut suo nomine exercere, aut consequi prohibetur, id nec per alium poterit *l. 2. §. 1. ff. de adm. rer. ad civ. pert.* vid. SCHOEPFFERI tract. de jure braxandi P. I. c. 2. n. 170. Huic prohibitioni locus relinquitur, sive nobiles cerevisiam minutatim, an per dolia vel per aversionem vendere decreverint, ob sie es Kannenweise oder ganz verkauffen wollen, vid. FRITSCH. de Oenopol. c. 2. n. 24.

§. XVIII.

§. XVIII.

Quemadmodum vero nobilibus, ita & clericis
braxandæ & coquendæ cerevisiæ arbitrium est adem-
tum, quippe clerici, quatenus defunguntur munere
clericorum, civium nomine non veniunt, nec oneri-
bus a civibus subeundis obnoxii deprehenduntur, nec
eorundem ædes privilegio braxatorio munitæ, braxa-
tioque mercaturam, negotiationemque sapiat clericis
prosperus interdictam, quorsum faciunt verba *Ordin.*
Prov. Elect. Sax. de An. 1580. tit. von Leben und Wandel
der Pfarr-Herrn §. Es sollen auch. FRITSCH de jure
Oenop. c. 2. n. 25.

§. XIX.

Utuntur itaque civitates jure prohibendi adversus
omnes civium numero non adscriptos, & excludere
possunt eos, ne ex braxatione & venditione cerevisiæ
lucrum capiant, unde merito & rusticis in pagis tam
collectim, quam divisim sumtos hac prohibitione
comprehendi statuendum est. Quod etiam ad pagos
ultra milliare ab oppidis jacentes applicandum, com-
mercialiorum quippe jura ad privilegium quoddam suam
referunt originem, uniceque ad eos spectant, qui
exercendorum mercatum licentiam Principis be-
neficio consecuti sunt. *I. un. de C. nund.* Probe enim
gloriosissimi Juris Saxonici conditores perspexerunt, ni-
hil majori detimento cedere reipublicæ, quam pro-
miscuis artibus & subditorum & civium officia turbari.
Quare cum nullibi nobilibus, clericis & rusticis jura
commercialiorum & civitatis concessa reperiantur, uti-
que

C 3

que nec absque speciali privilegio aut præscriptione iisdem exercere ea licere dicendum est. Ulterius ex iis concludendum, ei, cui non permisum, cerevisiam vendere, etiam minime licere polentam præparare & aliis vendere, cum confessio polente opificii species & negotiationis ad civitates pertinentis sit, vid. *Resol. Grav.* §. 118. ubi verba ita se habent: *Desgleichen Malzen, Brauen und Schenken eigentlich denen Bürgern in Städten zur Erhaltung des Bürgerlichen Standes aus sonderbaren erheblichen Ursachen geeignet.* Prohibito enim uno censentur & omnia, ex quibus ad illud pervenitur, prohibita, *CARPZ. p. 3. c. 35. def. 8.*

§. XX.

Eximuntur vero huic prohibitioni in Saxonia Electorali veteres cauponæ hæreditariæ, die alten Erbkretschmaren, quibus aliquando nonnisi jus vendendi, aliquando etiam jus braxandi competit. Posteriori tamen casu anticipare initium & prorogare terminum ejus anni temporis, quo urbes proximæ braxare incipiunt & desinunt, iisdem haud licet, vid. *Ord. Prov. Sax. de An. 1482.* & 1555. nec nisi minutum cerevisiam vendere regulariter possunt, sie mögen wohl verzapfen, aber nicht verschrotten. Aliquando certis tantum anni spatiis cerevisiam ibi coctam vendere licet, qui terminus utplurimum a die Jacobi ad diem Michaelis decurrit. vid. BEYERI *Delineat. Juris Germ. l. 1. c. 16. §. 16. 17. 18. 19.*

§. XXI.

Utuntur etiam jure coquendæ & braxandæ cerevisiæ ii, qui vel præscriptione immemoriali, vel peculiari

liari privilegio muniti sunt. Probatio tamen hujus juris intra duorum mensium intervallum peragenda est, quod spatium computandum a tempore probationis per sententiam vires rei judicatae adeptam, injunctæ, vid. *Perillustr. a WERNHER obs. for. 198.*

§. XXII.

Quicunque autem hoc privilegium braxandæ & vendendæ cerevisiæ adquisivit, sive intercedente privilegio, sive præscriptione immemoriali, a prædio, cui id inhæret, ad aliud prædium id privato arbitratu transferre nequit. Cui asserto suæ constant rationes; primo enim privilegium hoc rei concessum, adeoque non excedit limites rei; secundo, Principis privilegium concedentis interesse potest, ne privilegium a se indulatum alii proficiat loco, quam cui concessum; Tertio potest hoc corroborari argumento a censu aliisque oneribus non transferendis ducto, *l. un. C. sine cens. & reliquo.* Quorsum facit, quod in terris Saxoniciis jura braxandi prædiis adeo inhærent, ut eadem ab iis neque omni, neque aliqua, ex parte avelli queant; ratio hujus rei in eo collocanda, quia numerus Sexagenarum in Saxonia e numero rerum pertinentium dimetiendus est, adeoque separatione prædiorum ipsimet Principi insigne damnum afferri posset, vid. *Rescr. Reg. emissum d. 13. Aug. 1717. Cod. Aug. P. I. p. 1875.* Unde etiam alienatio & oppignoratio juris braxandi separatim absque prædio, cui inhæret, suscepta vitium nullitatis contrahit. Locare tamen licet jūs braxandi, quippe hac locatio, ne interveniente nulla suscipitur alienatio.

§. XXIII.

§. XXIII.

Gaudent vero civitates non solum jure prohibendi, sed etiam jure cogendi. Quae jura summopere invicem a se differunt. Jus cogendi enim ad milliare adstrictum est, jus prohibendi vero nequaquam, quae capita Mens. Mart. 1613. Scabini Lipsienses in peculiari responso sollicite a se invicem distinxerunt. Neque huic sententiae destruendae inservit. I. 3. des Land-R. art. 66. ubi prohibitio einen Markt zu bauen, i. e. bürgerliche Handthierung zu treiben, ad milliare adstrictum legitur, ut propterea extra milliare eadem exulare videatur. Argumentum quippe a contrario sensu ductum adversus leges claras, inter quas sèpius laudata *Ordinatio Provincialis de An. 1555.* referenda, nullum præstat usum, & si vel maxime idem argumentum sustineretur, de solis personis tantummodo ad subeundum civile commercium habilibus capiendum esset, cum civitatum maxime intersit, commoditates illis illas non intercipi, atque adeo aliis, nullo habito spatiis discrimine, usu earum interdici.

§. XXIV.

Bibl.
Jus cogendi vero civitatibus vindicatum in eo consistit, quod omnibus civitatibus jus competat prohibendi, ne ii, qui intra milliare ab urbe habitant, cereviam aliunde, quam ex urbe ista coemant. Adstipulatur huic sententiae Rescriptum Divi JOHANNIS GEORGII II. emissum d. 31. Decembr. 1676. Cod. Aug. P. I. p. 1649. Per illustr. a BERGER in elect. Proc. Peß. th. 13. Cerevias nomine hic subintelligitur omnis iste cereviarius

siarius potus, quo homines pro necessitate familie, aut in conviviis solennioribus, vel uti in conviviis nuptialibus, baptismalibus aut sepulchralibus, aut alias rei gratia utuntur, vid. *Ref Grav. de An. 1661. tit. von Justizien Sachen §. 118. Perilluſtr. a BERGER. in Oecon. jur. p. 62.*

§. XXV.

Ad milliare jus cogendi civitatum adscriptum esse, modo monui: Quare exinde prono alveo sequitur, incolas pagorum extra milliare sitorum in coemenda cerevisia suo uti arbitratu. Et quia actus meræ facultatis nulli præscriptioni obnoxii, consequitur inde, hanc libertatem salvam esse, si vel maxime per quadraginta annorum decursum in pago quodam commorantes, cerevisiam sibi ex unica urbe comparaverint, nisi accesserit civitatis prohibitio, pagi incolæ huic prohibitioni acquieverint, & hac prohibitione subsecuta tantum temporis spatium effluxum sit, quantum præscriptioni sufficit, vid. *supra laudat. BERGER. in Oecon. jur. p. 255.*

§. XXVI.

Quænam vero quantitas sit hujus ¹milliaris, ac quomodo computandum, quisnam terminus à quo, quisnam ad quem constituendus, mirifice Doctores inter se dissentunt. Primam questionem de quantitate milliaris decidit *Gloss. ad Sächs. Land-R. art. 66.* ita: Eine Meile Weges soll von Rechtswegen haben 60. Gewende, und ein jedes Gewend 60. Ruthen, und eine Ruthen acht:halb Elle, vid. *MARSMANN. in Miliol. c. 5. n. 8. seqq. &c. 7. n. 38.* Eamque dimensionem olim probasse Scabinos

D

Scabinos

binos Lipsienses, ostendit eorum sententia Weichbild Saxonie subjuncta Tit. ob Edelleuthe auf ihren Lehnsgütern mögen Bier brauen, vid. SCHVLTZ. in *Synops. Inst. Tit. de excus. tut. lit. 1.* Nec de incertitudine metuendum esse statuitur a nonnullis, si per ulnam duo pedes geometrii intelligerentur, wenn nach der Werck-Ellen wird gerechnet. ZIEGLERVS vero in *Tract. de juribus Majestat. l. 1. c. 43. §. 8.* deserendam hanc dicit computationem & calculum geometrarum sequitur & quidem milliaris mediocris, quod quater mille quingentorum passuum est. Ista tamen lites in terris Saxoniciis per peculiaria quædam ex Illustrissimo collegio, cui redditum ex Accisia provenientium cura demandata est, emissâ, sopitæ videntur, quorum alterum An. 1706. promulgatum ita disponit: Nach 16000. Dresdñischen Ellen oder 2000. achtelligten Ruthen, als so viel wir bey der General-Accise auf eine Weißnische Mittel-Meile gerechnet wissen wollen, alterum 1715. publicatum, hunc in modum conceptum: Wobey wohl zu mercken, daß die Viertel-Meile nach 500. achtelligten Ruthen, oder 4000. Dresdñischen Ellen gerechnet werden muß. Terminum vero a quo non constituunt moenia urbis, sed extrema suburbiorum ædificia ZIEGL. de *Juribus Majest. l. 1. c. 43. n. 15.* Licet enim urbis appellatio muris finiatur *l. 2. ff. de V. S.* aliter tamen urbs, aliter civitas consideranda. Civitas enim continentibus ædificiis circumscribitur *l. 147. & l. 154. eod.* Neque vero privilegia tam urbi, quam civitati permissa creduntur, quæ non in muris, sed viris consistit, adeoque etiam eos, qui extra pomoeria vel muros habitant, complectitur, vid. MARSMAN. in *Miliol. c. 8. membr.*

membr. i. n. 18 SCHILTER VSE quidem in *Prax. for. Rom.*
exerc. 3. thes. 8. contrariæ addictus videtur sententiaæ,
 dum ibidem negat, incolas suburbiorum exæquatos
 esse veris civibus, eorumque privilegiis ac beneficiis
 gaudere. Sed confundere videtur Vir alias de Jurispru-
 dentia nostra immortaliter meritus originem suburbio-
 rum, eorundemque progressum. Origo quidem sub-
 urbicariorum nonnihil suspecta videtur, sed ipsos deinde
 successu temporum meliorem conditionem nactos esse
 abunde constat; vid. STRAVCH. *diff. de centum lapidi-
 bus urbic.* Goeden. *conf. 12. n. 7. & 11.* Terminus vero ad
 quem non esse videtur sepes pagi, neque proxima præ-
 dia, neque extremitates partis pagi adversæ, sed id
 ipsum ædificium, de quo, an intra milliare situm sit,
 quaeritur, scilicet caupona, vid. BEYER. *Delin. Jur. Germ.*
I. 1. c. 16. Lucem sceneratur huic asserto Rescriptum Re-
 gium! An. 1719. emissum, cuius verba huc facientia ap-
 ponere juvat: Dabey von dem Ende des letztern Hauses
 der Vorstadt der Stadt Pirna, oder dem Wohn-Gebäude der
 Stadt Schreiber-Mühle, so gegen die Zehister Schenke steht,
 den Anfang machen, und bis dahin, wo das Wohn-Gebäude
 jetzt besagter Zehischer Schenke angeht, continuiren lassen.
 Exhibit partem hujus *Rescript.* BARTHIUS in *Diff. in
 Prax. cent. I. Diff. 54.*

§. XXVII.

Jam haud abs re videtur, indicare, quo usque, ra-
 tione materiae & effectus inita, prohibitio sit extenden-
 da. Scilicet in legibus cerevisiariis vetitum reperitur
 das Bier einlegen, quod capiendum est cum effectu com-

D 2

mer-

mercii, atque adeo von Verzapffen und Verkauffen. Ad sui vero & familie usum cuilibet concessa est facultas, de- coctam in provinciis Saxonici cerevisiam einheimisches und versteuert Bier coemendi, quod & exinde apparet, quia possessores feudorum nobilium, aliæque personæ privilegio hac ex parte munitæ, eo utuntur jure, ut extraneam cerevisiam, fremd und ausländisches Bier, ad eundem usum sibi comparare valeant. *Res. grav. de An. 1661. tit. von Justitiæ Sachen §. 123.* Quæ sententia plus simplici vice speciatim in causa Christian Glaserwaldts contra die Bürgerschafft zum Hahn supremo Pro- vocationum Senatui in Electoratu Saxonie se approba- vit term. hyberno 1696.

§. XXVIII.

Jus prohibendi vero pariter ac cogendi tantummodo spectat ad civitates, ergo merito ab hoc jure excluduntur cauponæ hereditariae, die Erbkreßschmar, hisce enim & jus cogendi, & prohibendi denegatur, nec huic aserto officit i. quod *Ord. Prov. de An. 1555.* in altero capite scilicet juris prohibendi cum civitatibus alii con- jungantur, ibidem, oder andere. Nam hoc verbo in- nuuntur illi, qui jus prohibendi vel ex privilegio, vel præscriptione immemoriali consecuti, vel eo nomine onera subeunt, so deshogen absonderliche Bürden tragen. Distincta scilicet sunt sibi invicem jura vendendi & prohibendi, neque ab uno ad alterum argumentum duce- re licet, sed opus est, quis speciatim sibi jus prohibendi acquisiverit, de eo vel ex littera sententiaque privilegii liqueat, vel actus possessorii prihibitivi, accidente tem-

tempore memoriam hominum excedente, probentur,
 2. pactum, quod vulgo die Brau: Convention nuncu-
 pamus An. 1676. initum, ubi speciatim hoc in argumen-
 to cum civitatibus cauponæ hæreditariæ exæquatæ,
 pacchi quippe hujus virtus in comitiis Provincialibus An.
 1687. celebratis, intercedente recessu quodam An. 1688.
 promulgato, ab omni robore est suspensa. Sed fac
 etiam hanc ipsam conventionem hoc loco potius jus
 vetus declarare, quam novum constituere, adeoque pri-
 vatis ex re cauponaria questum quærentibus genera-
 tium exemplo civitatum prohibendi facultatem affere-
 re, præterea interesse civitatum, alios etiam inprimis
 levandorum sumptuum. causa ad agendum contra usur-
 patores temeratoresque admitti, imo aliquando etiam
 actionem ex ordinatione Provinciali populararem, eo no-
 mine competuisse, quod visum fuit curiae Provinciali
 Wittebergensi, ordinarie tamen contra privatos cau-
 pones hæreditarios die Erbkreßschmar in Collegiis Ele-
 ctoralibus Saxonicas constanti judicio pronunciatum
 fuisse constat. Pronunciatum hanc in rem fuit in Su-
 premo Senatu provocationum in causa Hanns Adam
 von Ende und Cons. contra Christian Marschalln von Viber-
 stein Mens. Mart. 1697. pariter in Supr. Cur Elect. Sax.
 Mens. Mart. 1702. in causa Hans Heinrichs contra Joas-
 chim Friedrich Heiringen wegen des Amtes Prefsch.

§. XXIX.

Cauponas publicas instituendi jus solis civitatibus
 in terris Saxonicas competit, adeoque in pagis caupo-
 nas erigere nequaquam licet cuidam, nisi ei, qui privi-
 legio

legio quodam hanc libertatem impetravit, potius in *Ord. Prov. de An. 1555.* constituta pena centum florinorum in eos, qui absque concessione Principis in vicis cauponas exercere non dubitant, multa tamen ipsa Principi, non Magistratui, cedit. Vid. *Landes-Ordn. de An. 1482.* §. des Melhens und Brauens. *Ausschreiben de An. 1557.* *Ref. Grav. de An. 1612.* tit. von Justitiens-Sachen §. 26. *Ref. Grav. de An. 1661.* eod. tit. §. 118. Et si vel maxime in pago quodam deprehendatur capona privilegiata, destituitur tamen jure braxandi, ac quum sita sit intra milliare, ab urbe cerevisiam exinde sibi comparare tenetur. vid. *Grimmisch. Vertrag d. 22. Jan. 1555. Cod. Aug. P. 1. p. 1403.*

§. XXX.

Nequaquam tamen jura hospitandi, vel cauponam exercendi, consecuti juris prohibendi fiunt participes. Neque enim qui tale jus hospitandi impetravit, eo nomine alium ab usu ejus juris excludere par est, nisi speciatim jure prohibendi ex speciali Principis concessione munitus sit, æque ac is, cui jus venandi in suo solo concessum, propterea prohibitione sua efficere nequit, quo minus & alter venetur. Superiori scilicet Principi relinquitur prohibendi facultas, non alii, ne quidem domino, cum occupatio non jure soli concedatur, sed unice Principis concessioni sua debeat incunabula. Hospitatio vero, quatenus ei jus prohibendi cohæret, est jus æque ac cerevisiarum civitatibus datum, non autem singulis, multo minus iis, qui in pagis commorantur. Quibus omnibus huc usque assertis, nequa-

nequaquam repugnat *Ordin. Polit. de An. 1661. tit. 12.* §.
 7. Verbis enim ibidem obviis, die privilegierten Gasthöf-
 fe, innuuntur tantummodo istae tabernæ, quæ specia-
 tim hoc jure prohibendi præditæ. Unde merito miror,
JCtos Wittebergenses in responso, quod ZIEGL. in
tract. de jur. Maj. l. i. c. 5. §. 94. exhibet, veluti certum
 aliquod principium præstruxisse, ex jure hospitandi ri-
 te consecuto simul proficiisci jus prohibendi. Aber-
 rant enim a scopo, qui hujus sententiae robur in *Ord.*
Prov. de An. 1585. verbis, collocant, daß sich Niemand
 neue Gasthöfse, da vor Alters keine gewesen, aufzurichten
 unterstehen solle. Ex hisce enim verbis jus prohibendi
 hospitibus tributum nequaquam colligi poterit, actio
 eo nomine non privatis, sed civitatibus data, quippe
 quarum favorem jus istud prohibendi tanquam sco-
 pum sibi præfixum habet. Ex lege nemo potest age-
 re, nisi cui speciatim hoc jus agendi sit concessum.
 Actionis vero cujusdam popularis in modo comme-
 morata ordinatione nulla fit mentio.

§. XXXI.

Pagis itaque jura vendendæ cerevisiæ interdicta
 deprehenduntur; Sed an non venditio vini iisdem sit
 licita, investigari meretur? *Ref. Grav. de An. 1661. tit.*
von Just. Sachsen §. 101. seqq. clarum huic rei præbet
 fundamentum, dum ibidem in eos, qui tabernas vina-
 rias erigunt, poena quinquaginta florenorum statuta.

§. XXXII.

Et hæc singula civitatibus huc usque vindicata ju-
 ra & æquitate sua, & regulis juris, nituntur. Libertati
 equi-

equidem commerciorum alias est favendum, MATTH.
COLER. de Process. exec. p. 1. c. 10. n. 68. Utilitatis ta-
men publicæ ac necessitatis major est ratio habēndā,
quam istius libertatis. Si enim promiscuus tāberna-
rum vinariarum usus permitteretur pagis, civitates exin-
de insigne caperent detrimentum, dum sustentationis
quædam media solis civibus destinata iisdem eriperen-
tur. Monopolia quidem reipublicæ perniciosa esse
censentur, arg. I. un. C. de Monop. Quando pauperibus
hisce gravamen infertur, atque cujusdam avaritiæ ac
negotiationi nimis licentiosæ indulgetur. Vid. DAM-
HOVDERVS in Prax. rer. crim. c. 152. & JOH. BORCHOLD.
I. 1. conf. 17. col. 1. vers. über dieses alles seyn die monopolia.
Sed sibi invicem probe contradistinguenda sunt privile-
gia & monopolia. Jura prohibendi civitatibus con-
cessa, non sunt monopolia, sed privilegia saluberrimo
consilio civitatibus indulta, ne scilicet pagi negotia-
tionem, ad sustentationem civitatum pertinentem, iis eri-
piant.

§. XXXIII.

Sed & istud assertum suis limitibus circumscri-
ptum est, nimirum venditio vini, quod aliquis ex pro-
prio fundo consequitur, unicuique, adeoque etiam
incolis pagorum, quoconque in loco permitta est.
Quum leges Saxonicae vini tantum coemti interdicant
venditionem, non vini venditori nati, si vel maxime si-
gnis publice appensis emtores invitarentur. Vid. Per-
illustr. a BERGER in suppl. disce. for. p. 1. p. 243. quo etiam
jure utuntur clerici, quibus tamen alias omnis negotia-
tio

tio interdicta est. Vid. Ord. eccl. in art. gen. 16. Illustrat hanc thesin *Perillusfr. a BERGER in Philocal. for. Resp. 37.* quod responsum hasce exhibit rationes: in Ansehung, daß die Verschend- und Vertreibung derer, auf denen eigenen Gütern erwachsenen Früchten für kein commercium oder Kaufmannschaft, sondern für ein nothwendiges Stück und natürl. Effect des zustehenden Eigenthums zu halten 1.3. C. tb. de Iustr. collat. Hiernächst, daß solche Verkauffung des selbst gewonnenen Weins nur præcise an dem Ort, wo er gewachsen, geschehen müsse, nirgendes gehoben, endlich auch durch dergleichen Verzapfung kein neues Wirths-Haus aufgerichtet, noch die Beherbergung fremder Leuthe verstatte wird.

§. XXXIV.

Inter jura vero civitatibus tanquam propria vindicata, connumeranda sunt commercia, & omnes prorsus negotiationes. Quare in *Ref. Grav. de An. 1661. tit. von Justit. Sachen §. 29.* caverur, ut incolæ pagorum abstineant prorsus ab omnibus negotiationibus. Prædicta tamen lex provincialis non est capienda de rebus fungibilibus, quæ particulatim venduntur, ut aromatibus Würzkrämerey, nec de commercio, tempore nundinarum in civitatibus ab incola pagi instituto, etiam quoad res commercio regulari comprehensas. Exulat enim sic ratio modo allatae legis, scilicet ut civitatis & pagi distincta sint commercia. Vid. supra laudatus *BERGER in Philoc. fori Resp. 12.*

§. XXXV.

Hinc merito a venditione salis incolæ pagorum

E

arcen-

arcentur Res. Grav. de An. 1653. & 1675. quippe iisdem
 hoc commercium sub pena arbitraria interdicendum
 est. Plerumque quinque thalerorum mulcta eos ex-
 cipit, qui leges hasce transgressione sua insuper ha-
 bent, quarum dimidia pars fisco, dimidia denuncianti
 cedit, imo ipsemet judex, qui sui officii immemor, ci-
 vitatibus hoc privilegio munitis, officium suum dene-
 gat, & in transgressores legis penam determinatam
 non statuit, mulcta quinque uncialium coeretur, cu-
 jus mulctae pars dimidia civitati, in quam judex dene-
 gatione officii sui injurius fuit, dimidia vero denuncian-
 ti cedit. Confirmat hanc sententiam *Rescript.* Moritzb.
ad Elystrum d. 31. Aug. 1668. emissum. L. G. Wir geben
 dir aus dem In schlus zu vernehmen, was an uns die Rä-
 the zu Plauen, Dößnitz, Adorff, March - Neukirchen, und
 Pausa, wegen des verbotenen Salz - Einschleiffens und Ver-
 kauffens unterthänigst supplicando gelangen lassen, daby
 gesuchet und gebethen. Wenn wir denn diesen unbefugten
 Beginnen gesteuert, und dagegen die Städte bey ihren er-
 langten und hergebrachten Gerechtigkeiten geschützt wissen
 wollen, als ist unser Begehren hiermit, du wollest in unsern
 die Pachtweise eingethanen Amte P. Inhalts des in denen
 lebt publicirten Landes - Gebrechen Erledigungen sub tit.
 Cammer - Sachen diessfalls enthaltenen 53. §. durch öffentli-
 che Anschläge solch Salz - Einschleiffen ernstlich verbiethen, die
 Verbrecher, welche auf des Raths zu P. Begehren allent-
 halben arretiret werden sollen, durch Abnahm des Salzes
 zu gebührender Straffe ziehen, und zu dessen Erholung die
 Dorffschaften iede an behörigen Ort verweisen. Cives pa-
 riter obstricti sunt, sal in ea civitate, ubi habitant, eme-
 re,

re, & si hoc neglexerint facere, & ex alio loco sal fibi advehi curaverint, tunc pœnam quinque thalerorum luere tenentur, prout pronunciavit Scabinatus Lipsiensis hunc in modum: S.P. Als ihr uns zwey Fürstl. Sächs. Befehlige, in originali gehaltene gerichtliche Registraturen A. R. betreffend, samt denen diesfalls ergangenen Acten neben einer Frage zugeschicket, und euch des Rechten darüber zu belehnen gebethen habt: Demnach sprechen wir Churfürstl. Sächs. Schöppen zu Leipzig darauf vor Recht: Daraus so viel zubefinden, daß A. R. die ihm dictirten 2 Neue Schock zu erlegen, so wohl die in dieser Sache aufgewandten Untosten nach vorhergehender Liquidation und richterlicher Ermäßigung abzustatten, wie nicht weniger sich des Salz-Einführens bei denen ihm angesetzten 10. Athlr. Straffe zu enthalten schuldig. V. R. W. Mens. Febr. 1682.

§. XXXVI.

Tribuendum etiam est civitatibus jus prohibendi lanæ commercium. Pagorum enim incolæ ex praescripto trium mandatorum jussu CHRISTIANI II. Electoris Saxoniae gloriosissimæ memoriae An. 1603. 1613. 1626. promulgatorum jubentur lanam ex ovibus suis redactam in proxime adjacentem civitatem ducere, ibique, & nullibi alibi vendere. Quorsum faciunt verba hisce Mandatis comprehensa: So ordnen, wollen und befehlen wir hiermit vor Uns, und in Vormundschafft obgedachter unserer freundlichen lieben Brüder, der Herzoge zu Sachsen, in Krafft dieses unseres offenen Mandats, daß hinführo alle solche und dergleichen eingerissene Missbräuche und vortheilhaftige Monopolia in Unsern und Ihrer L. L. Landen gänzlich abgeschaffet seyn sollen. Insonderheit, daß hinc

hinsühro alle Bürger und Bauren, so Wolle zu verkaussen haben, dieselbe an die nächst angelegenen Städte zumseilen Kauf führen oder tragen, und denen Tuchmachern und andern unverdächtigen Personen, so sie zu ihrer Nothdurstt bedürffen, und nicht ihres Vortheils halber ferner verkaussen, um gleichmäßige Bezahlung zukommen lassen sollen.

§. XXXVII.

Idem etiam commode applicari potest ad commercium pannorum. Nemini enim jus vendendi pannos competit, quam pannariis, prout verba supra allegatorum mandatorum innuunt. Es soll auch keiner, der senicht ines Handwerks ein Tuchmacher, einiges Gewandtschittes in Städten oder Dörffern in- oder außerhalb der Jahrmarkte sich unterfangen, oder untüchtige Tücher verspreiben oder verschneiden.

§. XXXVIII.

Cumque leges plerumque suo destituantur esse-
ta, nisi in transgressores earundem certa statuatur
mulcta, providentissima cura Legislatorum Saxoniae
fuit, quod eum, qui sive jus vendendi cerevisiam, sive
hospitandi invita lege usurpavit, pena centum floreno-
rum coercendum duxerint. Commonstrant id *Ord.
Pol. de An. 1661. tit. 12. n. 7.* clarissima verba: Da sich
aber Jemand unterstünde, neue Schenckstädte und Kreuzsch-
marre, Ausspann- und Gastungen, da vor Alters keine ge-
wesen, aufzurichten, der soll uns 100. Fl. zur Straffe verfallen
seyn. Elucescit ex hisce verbis, penam centum flore-
norum cedere Principi. Interest tamen investigare,
cujusnam ministerio utatur Princeps in pena hac exi-
genda? Ubi equidem vix alii hæc sparta demandata
est,

est, quam Procuratori fisci Electoralis. Sed num actio tendens ad prohibendum Procuratori fisci competit, ambigendi ansam suppeditare posset, quia ordinatio provincialis tantum decernit penam, quae toties committitur, quoties huic sanctioni non mos geritur; alia vero quaestio est potestatis, alia voluntatis. Principem vero hoc jure prohibendi uti posse extra controversiam positum. Sed num hac facultate semper uti velit, non adeo expeditum videtur, praeprimis cum civitatibus tantummodo eo nomine agendi facultas concessa animadvertisatur. Sed quicquid hujus rei sit, in ea me esse sententia ingenue profiteor, procuratori fisci non denegatam esse actionem ad interdicendum tendentem. Jus enim vendendi cerevisiam est regale, atque adeo a nemine, nisi cui a Principe concessum, exerceri valet. Neque opus est peculiarem Procuratori fisci ex lege tribui actionem, cum sufficiat eidem actio negatoria.

§. XXXIX.

Fac autem, civitatem alicui vel jure vendendae cerevisiae nunquam praedito, vel eo per præscriptiōnem excidenti, idem illud jus concedere, num Procuratori fisci nihilominus integrum erit, ab eodem penam 100. florenorum exigere? Procuratoris fisci partibus accedendum duco, quia 1.) illud jus non civitati proprium, aut partem ejus patrimonii constituit, & ex styllo *Ordin. Prov. de Anno. 1482.* Das Fürstl. Wesen betrifft, concediturque non nisi per modum privilegii, ac civitates municipales regalium non sunt capaces. STEPH. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 2. n. 24. 2.) quia hac ex parte Princi-

E 3

pis

pis interest, propter pœnam centum florenorum eo nomine constitutam. Reponi quidem hisce posset, pœnam inhibitionibus comprehensam transactione partium, antequam sententia desuper lata, tolli. Sed diversa est utriusque pœna ratio. Namque cum de pœna præsenti casu in temeratores juris cerevisiarii quæstio incidat, regale quoddam violatum occurrit, cuius violationis vindicandæ jus ad Principem spectat, in inhibitionibus vero omne fisci interesse pendet ex sententia inhibitionis confirmatoria, quæ inita a partibus transactione evitatur.

§. XL.

Invaluerunt vero in nonnullis Saxonie locis loco pœna modo allegatae præcipue in civitatibus Varisciæ eruptiones vulgo die Ausfälle, quæ fiunt ab ipsis cibibus harum civitatum, quæ jure cogendi gaudent adversus eos, qui cerevisiam aliunde, & non ex civitate ista coemerunt, dum plane cerevisiam aliunde coemtam auferunt, vasaque, quibus cerevisia ista contenta fuit, penitus configunt.

§. XLI.

Istas eruptiones illicitas prorsus ac prohibitas esse, & propemodum ad crimen fractæ pacis publicæ accedere non nemini videri posset; speciale tamen Decretum Ducis Saxonie MAVRITII 1671. publicatum hasce eruptiones ab omni injustiæ labे immunes esse pronunciavit. Haud incongruum erit, integrum hujus Decreti tenorem adducere: Auf geführte Bescheinigung, ferneres Vorbringen, und erfolgte Geseze G. R. D. R. und Cons. Klägere an einen, Syndicen der Räthe zu Plauen und Pausa

Pausa Bekl. andern Theils, erkennen Herrn Herzog Moritz zu Sachsen und des Stifts Naumburg postulirten Administratoris zu S. Fürstl. Durchl. Erb-Landes-Regierung verordnete Canzler und Räthe, auf vorgehende Belehrung der Rechts-Gelehrten vor Recht: Dass Bekl. bey ihrem jure prohibendi, ingleichen denen Ausfällen und Wegnehmung des frembden Bieres wider Klägere, wenn sie anders als ihr Bier holen, billig zu schützen. Consuetudine scilicet istæ eruptiones approbatæ, & exinde etiam robur suum ceperunt.

§. XLII.

Quod vero reliquis juribus evenit, ut scilicet præscriptione extinguantur, idem etiam juri prohibendi, de quo mihi jam fuit sermo, contingit. Extinguitur itaque per præscriptionem, ubi quæstio incidit, an ordinaria sufficiat præscriptio, an desideretur immemorialis? Indolem juris prohibendi evolventi apparet, istud jus descendere ex lege prohibitiva, cuius virtuti nulla præscriptio, nisi immemoralis, quicquam detrahit. Immemoriali enim tempore præscribuntur jura, quæ brevioris temporis decursu extingui nequeunt Cap. 26. X. de V. S. ita respondit Fac. Jur. Lips. in Sachen den Wirth zu S. H. contra S. P. Dennoch aber und daferne S. H. præscriptionem immemorialem gebührend beybringen könnte, so hat er ein Recht und Privilegium erlanget, und mag er sich auf den Fall des Malzens, Braunens, und der Schenkung seines eigenen Bieres wohl bedienen.

§. XLIII.


Sed quod quæso robur possessioni constat, si scilicet aliquis possessionem juris sui coquendæ & vendendæ

dæ cerevisie docuerit, num in ista erit defendantus? Nonnulli in affirmantem, nonnulli in negantem concedunt sententiam. Affirmativæ addicti sententia collocant fundamentum suum in eo, quod possessor in possessione defendantus sit, juraque facilius concedant retentionem possidenti, quam non possidenti actionem l. i. pr. ff. de pign. ANT. FAB. in C. l. 4. tit. 3. def. 9. n. 6. Negantes vero hac ratione suam tueruntur opinionem, quod ea, quæ lege fieri prohibentur, contraria possessione licita non efficiantur, nam facta contra legem sunt inutilia, & pro infectis habeantur l. 5. C. de LL. quæ opinio & mihi videtur firmissima, quare eandem subsequenti responso inclytæ Facultatis Juridicæ Lipsiensis in causa S. H. contra S. P. Mens. Mart. 1721. illustrare liceat. Dennoch aber und dieweil wider die Landes-Gesetze und Verträge die possessio vel quasi nich zu attendiren, zumahl in denen Landtags-Abschieden de dato d. 30. Mart. 1670. in verbis: Denen Landes-Querelen abzuhelfsen ic. enthalten; Dass der turbanten zu ihrem Behelf anziehende actus clandestini oder turbativi pro possessorii nicht zu achten, noch darauf gesprochen werden solle, auch aus der Brau-Convention de An. 1680. zu erschen, dass auf die Possess nicht zu reflectiren sey, so ist der Wirth zu S. H. bei der Possess des Malzens, Brauens und Schenkens seines eigenen Bieres nicht zu schüzen, noch mag eine Inhibition diffals statt finden.

B. R. W.

T A N T V M .

KD 78



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

3
2
1
0

7
6
5
4
3
2
1
0

1
0

1
0

1
0

1
0


X.

TI TENZELL, JCTI
EGIMINIS, ELECTORIS MOGVNTINI
NCIALIS ERFORDIENSIS ASSESSORIS
VITATIS CONSVLIS PRIMARII

SCHEDIASMA

DE

V R E
H I B E N D I
QVO
ATES SAXONICÆ
VTVNTVR.



M DCC XXXVI.

Farbkarte #13